

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

**Io. Freinshemii Commentarii in libros s̄uperstites Q. Curtii
Rvfi**

**Freinsheim, Johann
Curtius Rufus, Quintus**

[Argentorati], [circa 1639 oder später?]

Cap. 3

urn:nbn:de:bsz:31-103771

Comment. in Curtium. lib. 6. c. 2. n. 20. 21. & c. 3. m. 1. 2. 4. 6.

6, 2, 20. APTA ORATIONE) *Oratio ducum ad milites nihil non perficit.* Gruter. discurs. ad Tacit. cap. 54. Quare merito Vitellium culpat Tacitus H. 3, 36, 1. hac etiam de caussa, quod *allegio militem non firmaret*. Eloquentia igitur non ultima cura principibus esse debet: quod & hunc Alexandrum puerum adhuc intellectissime refert Chrysostomus Dio orat. 2. cum patre colloquenter fingens, atque disputationem: *Et rhetorica opus est regi*. Nam tu frequenter rescribere cogeris & contradicere Demostheni &c. Et post pauca recitat exemplum ex Homero, valde praesenti loco accommodum: *Quum enim iam Graeci propter bellum prolixitatem &c. despondissent animum ab expeditione; insuper & inter eos quidam orator surrexisset, turbaretque concionem, multitudine ruit impetu ad naues, confestimque illis concensis volebant fugere, & nemo eos retinere poterat; neque Agamemnon quidem habebat, quo pacto rebus consideret presentibus. His igitur solus ipse potuit eos renocare & inmutare Ulysses, & tandem, cum concionaretur, ad iuncto Nestore, perfrasit ut manerent. Iaque hoc factum manifeste rhetorum fuit. Et quae ibi sequuntur. Exemplum Iuliani refert Marcellini. 17, 1. Philippi. Diodor. 16, 96.*

6, 2, 21. AVRES PRÆPARENT) Non protrita prudentiae hoc præceptum. Sane enim si animis alia omnia voluentibus, ex abrupto contrarium aliquid destinatis eorum suadeas, parum differre videaris ab iis, qui munitas ædes, ipsi robore impares, aperta potius vi irrumpere velint, quam per artem atque cuniculos intrare. Sic apud Tacit. 1, 28, 6. in seditione militari: *acciuer centurio Clemens, & si aliis bonis gratus in vulgo: iugulatis, stationibus, custodis portarum se inferant, sicut offerant, metum intendunt &c.* Qui sane insignis est locus, & consideratu dignissimus. Cui iunge Ioseph. 15, 8. Ita affectos rex excitabat, duces eorum appellando, & quantum inse erat consono illis animum addere: *cumque generosiores quoadam in meliorem spem restitueret, tum demum ausus est etiam exercitum alloqui, quem prius riderat in recentibus elatibus nullam orationem admittere*.

6, 3, 1. MAGNITUDINEM) Huiusquoque orationis argumentum &conomiam Caussinus proposuit in suis eloquentiae parallelis pag. 574. & seq. Raderus.

6, 3, 2. ALIA DVCTV) Sueton. in Augusto 21, 1. *Domini autem partim ductu, partim auspicio suis &c.* Apud Plin. 3, 20. extat de eodem Augusto vetus inscriptio: *Quod eius ductu auspiciisque gentes Alpina omnes, que à mari supero ad inferum pertinebant, sub imperium pop. Rom. sunt rediitæ. Ductu, id est, per se ipsum, auxiliis, quando per legatos bellum agitur, ut notum est.* Tamen apud Plautum confunduntur. Sosia enim de hero Amphitruone loquens, Amphitru. 1, 1, 4L qui contra Thelboas militauerat, ait: *ut gesserit remp. ductu, imperio, auspicio suo. & ipse Amphitruo 2, 2, 25. eos auspicio meo atque ductu, primo catu vicinus.* Nam vere Creontis Thebani regis auspiciis bellum patratum fuerat. Pichena ad illa Taciti 2, 43, 1. *Ductu Germanici, auspiciis Tiberij.* Lipsius ostendit Curtium hoc loquendi genus ad res Graecicas translusisse à more Romano, quem ipse diligenter explicat in opere de Militia Rom. 2, 12.

6, 3, 4. QVÆDAM) Malim quasdam, nisi intelligas loca vel regna. Lycaoniam certe prætermisit, nisi sub Cappadocia comprehendas. prætermisit & Lycam, cuius mentio supra 3, 3, 1. Raderus. quasdam etiam hic edidit olim Frobenius.

6, 3, 6. IN NOVO) Ergo illi populi videntur Alexandro iam domiti ut pareant, nondum ut seruiant: quod de Britannis recens subactis Tacit. Agric. 13, 1. Florus 4, 12, 2. *Nous quippe pax: nec diu assuetæ frenis seruitiis sumide gentium inflasque cervices ab imposito imperio ingo resistebant.* quæ eo loco notaui non repero. Vide Epist. Innocentii III. apud Beouium Annal. Eccles. MCCVI, 2. Interim experien-

tia testatum postea fecit, gentes illas Asiaticas utpote seruitio suetas, adeo de Alexandri iugo depellendo non cogitasse, ut etiam diu postea, in medio rerum cursu, nullo certo herede, rege mortuo, satrapis ducibusque eius promptissime paruerint. Multarum itaque gentium spiritus alieni imperii impatienses sint, quod compluribus exemplis Gruterus in Tacitum discursu 25. ostendit, at sane non omnium. Scierunt hoc veteres Galli, quorum Civilis apud Tacit. H. 4, 17, 7. accurate distinguit inter nationes: *Seruient Syria, Asiaque & Iudea regibus Oriens: multos adhuc in Gallia vivere ante tribus genitos.* Solerter id animaduertit Forstnerus (ut est vir praeter usum rerum etiam ingenio validus) ad Tacit. 2, 1. vbi ipso Alexandri exemplo docet, externum principatum facile tolerati illis gentibus, quae dominati affuec integrum servitatem nullis adfrictam modis aut legibus ferre queant. vbi vide.

PRECARIO IMPERIO) Quamquam enim Persarum rex magnis aliquot preciis vietus erat; multas tamen nationes habebat id imperium, quarum unaquaque suis viribus bellum contra Macedones gerere potuisse: itaque recte dicit preclarus potius imperio casteneri, quam vi, si verum fateri oporteat, quamquam enim postea de armis suis subiecta; intelligitamen in illis ad obtinendum tantum imperium plus terroris esse, quam virum.

6, 3, 7. STATVTO) Numquid melius statio? ut alibi in his libris. Vide Fr. Iunium de pictura veterum pag. 58. pr.

6, 3, 9. SIMVL TERG A) Hunc quoque locum occupauerat nullo iure si particula: vt supra ad 3, 12, 19. notauiimus; & hic à Radero, item Amst. & Lulg. edd. prætermissem video, aliae habebant; simvl si terga &c.

SVIS AVTEM) His paria dixit Aristides Oratione Sicula posteriore: non iam illas magis oderunt, quam nos metuens: sic vt à nobis inter se sint conciliati. Malent enim profecti domesticos ac pares etiam si nominibz illis concedendum, quam alienos & aduenas. Nec sententiae alterius Gregorius lib. 4. His vero cum Latinorim iugum longo iam tempore moleste ferrent, & alsoquin etiam popularium suoriam quam alienigenariorum consuetudine riti malling, optatissimus Cesaris aduentus fuit. Hinc est cur maximi fieret Annibili Pyrrhus apud Luium 35, 14, 5. Arisem etiam conciliandi sibi homines eam habuisse, vt Italica gentes regis externi, quam populi Rom. tam diu principis in ea terra, imperium esse malling. Haec Gruterus discrit in Tacitum 25, 9.

6, 3, 10. TIMERI) Sensus: etiam asperum & immitem principem, dum indigena sit, tolerari præ externo & alieno, quantumcumque humano & leni.

6, 3, 11. MEDICI) Haec ex Hippocrate Epidemion 6, 2. cuius hic est aphorismus: *Quæ relinquentur in morbis post crisin, recidivas facere consuenerunt.* Atque idem & Auicennæ scitum est.

SCINTILLA) Cicero Philipp. 5, 11. Omne malum nascent facile op primitur: inueteratum, si plerisque robustius. Curtiana similitudine vitur & Florus 3, 5, 14. incendia parum fideler extincta maiore flamma reuiniscunt. item iis locis, quæ ad recitatum notauiimus: & indicati à Popma. Horatius Ep. 1, 18, 85.

Et neglecta solent incendia sumere vires,
ac Ouidius Metamorph. 7, 80.

Parva sub inducta latuit scintilla fauilla.

Nihil TVTO) Securitas fugienda. Nemo celevius opprimitur, quam qui nihil timet; & frequenissimum iniuum calamitatis securitas. Vellei. 2, 118, 4. Sepe & contempnus hostis cruentum certamen edidit, & incliti populi regesque perleni momento victi sunt. Luius 21, 43, 13. Nihil tuo &c. Itaque ego vt nihil timendi, sic nihil contemendi auctor sim. Liu. 6, 6, 12. Sepe in bello, paruis momentis, magni casus intercedunt. Cæsar.

dc

Comment. in Curtium. lib. 6. c. 3. n. 12. 17. & c. 4. II. 1. 2. 3. 4.

de bel. Ciu. 1, 21. *Et nihil tam leue est, quod non magna inerdum rei momentum faciat.* Liu. 25, 18, 3. *Quo magis praeceptum illud in omnium animis esse debet. Nihil in bello oportere contemni, nec sine causa dici, marem timidi flere non solere.* Probus in Thrasib. Incredibile est, *Nimia fiducia quantae calamitati soleat esse.* Haec ex polit. Lipsii 5, 16. Sic apud Tacit. 2, 40, 2. *cautissimus imperator in motu serui, nihil spernendum reputabat.*

6, 3, 12. *SEDE M CYRI*) Quod Plutarchus lib. 2. de fort. Alex. in Darii preicatione Cyri thronum dixit, Horat. Od. 2, 2, 5. *Cyri solum, Curtius Cyri sedem vocat.* Brisson. lib. I. p. 51.

BAGOÆ) De quo narrabimus in supplemento.

6, 3, 17. *PRIMA*) Alii ; *præmia*. non istud quidem male, sed tamen illi non prætulerim.

DARII) Multi & meliores libri : *Darium quoque hostem* : & sane oritur dubitatio sic fuisse, omissa voce *parricidas*, quæ mox sequitur.

6, 4, 1. *ALACRITATE*) Sequito effectu, quem supra 6, 2, 20. ei promiserant duces. Ea re nihil non effici posse imperatoribus, ex Grutero, quem & supra laudauimus, cognoscetis.

6, 4, 2. *EA MANV*) Non dubito sic scribendum supra 5, 4, 14. *Cretero reliquo cum pedestibus quis adiuvenerat, & eis copias quas Meleager ducebat.* Et de hac ipsa re Arrian. 3, 5, 2. *Kορετης ἡ τῶν πιστώ μέλει ἵππων, οὐδὲ τοῦ Αμυντα &c.* Ceterum cum suo & Amynta agmine, cuncte equitibus &c. & vero absurdus vulgatorum sensus ex manu, qui vellet hexcentos, seu ut alii codd. habent, sex ista millia equitum &c. fuisse ex manu quam Amyntas ducebat, quod ita non stans constat.

SEXCENTIS) Ita melius, quam aliorum sex millibus. Arrianum dicto loco vide.

6, 4, 3. *ERIGYIVM*) Hic à Sabellico Ennead. 4, 5. yitiatos codices sequuto, perperam appellatur Phrygus. De aliis Edd. vide in variis. Sed & Indicem consule.

EMINENTIBVS) Melius imminentibus. ita supra 3, 4, 12. *Dorsum montis imminebat via, crebris oberranibus riuis, qui ex radicibus montium manant.* Sane Gebhardus in Crepusc. 3, 23. citans hunc locum ait : *Sic eleganter Curtius imminentes petras dixit.*

6, 4, 4. *ZIOBERIS*) Diodoro 17, 75. est Sibaris Σιβάρις. Cuius quidem vocis ductus etiam in Curtiano nomine apparent, quod facilius corrumpi potuit, quam illud Græcum. Certe non longe abudit Zibetes, quomodo Boccatium legisse pro Zioberti Raderus ait. Item Ziobetis & Obeis Manuscriptorum. Ceterum multorum fluminum par natura prodit, qui se cuniculis condunt vel in pariem, vel in totum pars Rheni subit rada circa 4000. pass. ab arce Cauba, & riuus emergit antequam deueniat Bonnam: item pars Danubii aborbetur apud Greinam oppidum Pamoniae superioris quæ in loco maximum à naufragio periculum est. nisi autem riuus in profundum terræ agunius multis in regionibus : in Hispania Ana : in Narbonensi provincia Garda : in Alpibus Padus, qui, ut Plinius 3, 16, 1. scribit, in Forouibienis agro iterum exoritur. Merita aqua postquam transit Fucinum lacum, quæ , ut idem 31, 3. auctor est, in Tiburtina se rursum aperit : Timavus in campo Aquileiensi: Erastrus in Argolica: Eurotas & Alpheus in Arcadia : quorum aquæ coniungentur, & ad virginis statua commune habent flumen, deinde condunt se in voraginem, atque Eurotas riuus emergit in Lacedemoniorum agro, Alpheus in fontibus [leg. finibus] Megalopolitidis : quod in Arcadicis Pausanias memoria mandavit. In Asia vero Cadmus specu mergitur, non longe à Lavdicata : Pyramus in Cœtaonia: